

& Lystris: quales persecutiões sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutiõnem patientur.

FESTA AUGUSTI.

I. AUGUSTI.

In festo S. Petri ad Vincula. *Epist.* In diēbus illis, Misit Herodes rex manus, ut in festo SS. Apostolorum Petri & Pauli, pag. 194.

II. AUGUSTI.

In festo S. Stéphani Papæ & Mártiris.

Lectio Actuum Apostolorum.

Act.
20. d

IN diēbus illis: A Milēto Paulus mittens Ephesum, vocavit Majores natu Ecclesiæ. Qui cū venissent ad

eum, & simul essent, dixit eis: Vos scitis à prima die, qua ingressus sum in Assiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum: quomodò nihil subtraxerim utilium, quò minùs annuntiarem vobis, & docerem vos publicè & per domos, testificans Judæis atque Gentilibus in Deum poenitentiam, & fidem in Dominum nostrum Jesum Christum.

III. AUGUSTI.

In Inventionē sancti Stéphani Protomártir. *Epistol.* In diēbus illis: Stephanus plenus grátia, ut in natali ejusdem, p. 13.

IV. AUGUSTI.

In festo sancti Domínici

Conf.

Conf. Epist. Charissime, Testificor coram Deo, de communi *Doct.* pag. xv.

V. AUGUSTI.

In Dedicatiõne S. Mariæ ad Nives. *Epist.* Ab initio & ante sæcula, ut in *Missis vot. B. Mariæ Virgin.* pag. xxviii.

VI. AUGUSTI.

In festo Transfiguratiõnis D. N. Jesu Christi.

Lectio Epistolæ Beati Petri Apóstoli.

2. Pet.
1. c

Charissimi, Non doctas fábulas secuti notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutem & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem & glóriam, voce delapsa ad eum hujuscemodi à magnífica glória: Hic est Fi-

lius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Et hanc vocem nos audivimus de cælo allatam, cū essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.

VII. AUGUSTI.

In festo S. Cajetani *Conf. Epist.* Beatus vir, de *com. Conf. non Pont.* pag. xvi.

VIII.

VIII. AUGUSTI.

In festo SS. Cyriaci, Lari-
gi & Smaragdi Mart.

Lectio Epistolæ B. Pauli
Apóstoli ad Thessa-
lonicenses.

1.
Ter.
2. c

FRatres, Grátias ági-
mus Deo sine in-
termissiõne: quõ-
niam cùm accepissêtis à
nobis verbum auditus
Dei, accepistis illud, non
ut verbum hóminum, sed
(sicùt est verè) verbum
Dei, qui operàtur in vo-
bis, qui credidistis. Vos
enim imitatóres facti estis
fratres Ecclesiàrum Dei,
quæ sunt in Judæa in
Christo Jesu: quia éadem
passi estis, & vos à contri-
búlibus vestris, sicùt &
ipsi à Judæis: qui & Dó-
minum occidérunt Je-
sum, & Prophétas, & nos
persecúti sunt, & Deo
non placent, & ómnibus
hóminibus adversántur;

prohibentes nos Génti-
bus loqui ut salvæ fiant,
ut ímpleant peccáta sua
semper: pervénit enim
ira Dei super illos usque
in finem.

IX. AUGUSTI.

In Vigília S. Laurentii
Martyr. Epist. Confitê-
bor tibi Dómine rex, &
collaudábo, de comm.
Virg. & Mart. pag. xviii.

X. AUGUSTI.

In festo sancti Laurentii
Martyr.

Lectio Epistolæ Beati
Pauli Apóstoli ad
Corinthios.

FRatres, Qui parcè
séminat, parcè &
metet: & qui sé-
minat in benedictióni-
bus, de benedictiónibus
& metet. Unusquisque
prout destinávit in corde
suo, non ex tristítia, aut

ex

ex necessitáte: hílarem
enim datórem diligit
Deus. Potens est autem
Deus omnem grátiam
abundáre fácere in vobis:
ut in ómnibus sempèr
omnem sufficiéntiam ha-
béntes, abundétis in om-
ne opus bonum, sicut
scriptum est: Dispérsit,
dedit paupéribus: justítia
ejus manet in sæculum
sæculi. Qui autem admi-
nistrat semen seminánti:
& panem ad manducán-
dum præstábit, & multi-
plicábit semen vestrum,
& augébit incrementa

frugum justítiæ vestræ.
Infraoctávam & in die
Octáva dicitur éadem
Epístola.

XII. AUGUSTI.

In festo S. Claræ Virgi-
nis. Epist. Fratres, Qui
gloriátur, de comm. Virg.
pag. xix.

XIV. AUGUSTI.

In Vigília Assumptiõnis
B. M. V. Epístola: Ego
quasi vitis fructificávi, ut
in festo Comm. B. M. V.
de Monte Carmélo, die
xvi. Júlii, pag. 199.



Dd

XV.